UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

IV. Quomodo turbato Reipublicae & Ecclesiae statu, Macedoniani collecta apud Lampsacum Synodo, Antiochenam fidem iterum confirmarunt; Ariminensem verò anathemate damnarunt: & depositionem Acacii ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

A

Κεφ. δ'.

Ὅτι θορύβου ὄντος ἐν τοῖς δημοσίοις καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, οἱ τὴν σύνοδον ἐν τῇ λαμψάκῳ συγκροτήσαντες μακεδονιανοὶ, τὴν μὲν ἐν ἀντιοχείᾳ πίστιν αὖθις κρατύναντες, τὴν ἐν ἀριμήνῳ ἀνεθεμάτισαν, καὶ αὖθις τὴν ἀκακίου καὶ εὐδοξίου καθαίρεσιν βεβαιοῦσι.

ΤΟύτων δὴ γινομένων, οὐδέτερα ἡσύχαζεν, οὔτε τὰ δημόσια πράγματα, οὔτε μὴν τὰ τῶν ἐκκλησιῶν· οἱ μὲν οὖν παρὰ τοῦ βασιλέως τὴν σύνοδον συγκροτηθῆναι αἰτήσαντες, ἐν τῇ λαμψάκῳ συνῆλθον ἐν ὑπατείᾳ τῇ αὐτῇ· τοῦτο δὲ ἦν ἕβδομον ἔτος ἀπὸ τῆς ἐν σελευκείᾳ γενομένης συνόδου· κἀκεῖ πάλιν τὴν ἐν ἀντιοχείᾳ πίστιν ἐπιβεβαιώσαντες, ᾗ καὶ ἐν σελευκείᾳ ὑπέγραψαν, ἀναθεματίζουσι τὴν ἐν ἀριμήνῳ ὑπὸ τῶν πρώην ὁμοδόξων ἐκτεθεῖσαν πίστιν· καὶ αὖθις καταψηφίζονται τῶν περὶ ἀκάκιον καὶ εὐδόξιον, ὡς δικαίως καθαιρεθέντων· τούτοις οὐδὲν ἀντιλέγειν εὐδόξιος ὁ τῆς κωνσταντίνου πόλεως ἐπίσκοπος ἴσχυεν· οὐ γὰρ αὐτῷ ἀμύνασθαι τούτους ὁ ἐνεστηκὼς δημόσιος συνεχώρει πόλεμος· διὸ καὶ οἱ περὶ ἐλεύσιον τὸν κυζίκου ἐπίσκοπον, ἐπικρατέστεροι τότε πρὸς ὀλίγον ἐγένοντο, συγκροτήσαντες τὸ χρηματίσαν μακεδονίου δόγμα, μικρόν τε ἔμπροσθεν καὶ τὸ ἐν τῇ κατὰ λάμψακον συνόδῳ γενόμενον φανερώτερον· ταύτην ἐγὼ νομίζω τὴν σύνοδον, αἰτίαν γενέσθαι τοῦ πλεονάζειν ἐν ἑλλησπόντῳ τοὺς μακεδονιανοὺς χρηματίζοντας· ἡ γὰρ λάμψακος ἐν τῷ στενῷ τοῦ ἑλλησπόντου κεῖται πορθμῷ· αὕτη μὲν οὖν ἡ σύνοδος τοιαύτην ἔσχε τὴν ἔκβασιν.

Caput IV.

Quomodo turbato Reipublicæ & Eccleſiæ ſtatu, Macedoniani collecta apud Lampſacum Synodo Antiochenam fidem iterum confirmarunt, Ariminenſem vero anathemate damnarunt: & depoſitionem Acacii atque Eudoxii denuo roborarunt.

QUæ cum ita ſe haberent, nec Reipublicæ, nec Eccleſiæ ſtatus in tranquillo fuit. Et hi quidem qui Synodi congregandæ facultatem ab Imperatore popoſcerant, Lampſacum convenére, B iiſdem quos ſupradixi Conſulibus, anno ſeptimo poſt illam Synodum quæ Seleuciæ fuerat congregata. Ibi Antiocheni Concilii fide denuo confirmata, cui etiam Seleuciæ ſubſcripſerant, illam quæ Arimini edita fuerat ab Epiſcopis quibuſcum ipſi prius conſenſerant, anathemate damnarunt. Et contra eos qui cum Acacio & Eudoxio erant, tanquam jure depoſitos, iterum tulere ſententiam. His decretis Eudoxius Conſtantinopoleos Epiſcopus nullo modo potuit contradicere. Civile enim bellum quod imminebat, impedimento fuit, quo minus ſe de illis ulciſceretur. Quocirca C Eleuſius Cyzici Epiſcopus & qui cum illo erant, ſuperiores partes aliquamdiu obtinuerunt: cum Macedonii dogma adſtruerent, quod antea quidem obſcurum, poſt Synodum autem Lampſacenam manifeſtius factum eſt. Atque hoc Concilium in cauſa fuiſſe arbitror, cur Macedoniani tam frequentes ſint in Helleſponto. Quippe Lampſacus ſita eſt in anguſto Helleſponti ſinu. Et Lampſaceni quidem Concilii hic exitus fuit.

Κεφ. ε'.

D

Ὅτι συμβολῆς γενομένης περὶ πόλιν τῆς φρυγίας τοῦ τε βασιλέως καὶ τοῦ τυράννου προκοπίου, προδοσίᾳ τῶν στρατηγῶν ἑλὼν τὸν τύραννον, αὐτόν τε καὶ αὐτοὺς ξέναις τιμωρίαις ὑποβαλὼν ἀνεῖλεν.

ΤΗ δὲ ἑξῆς ὑπατείᾳ, ἥτις ἦν γρατιανοῦ καὶ δαγαλαΐφου, τὰ τῶν πολέμων ἐπέθετο· ὡς γὰρ ὁ τύραννος προκόπιος ἀπὸ τῆς κωνσταντίνου πόλεως ὁρμηθεὶς, ἕτοιμος ἦν ἐπιστρατεύειν τῷ βασιλεῖ· πυθόμενος ὁ οὐάλης φθάνει ἐκ τῆς ἀντιοχείας ἐλάσας, καὶ συμβάλλει τῷ προκοπίῳ περὶ πόλιν τῆς φρυγίας, ἣ προσωνυμία νακώλεια· καὶ τὴν μὲν πρώτην

Cap. V.

Quomodo conſerto prælio circa urbem Phrygiæ, Valens Procopium tyrannum proditione ducum captum, unà cum ipſis ducibus, inuſitatis ſuppliciis interemit.

SEquenti anno, id eſt Gratiano & Dagalaifo Conſulibus, bellum geri cœpit. Nam cum tyrannus Procopius Conſtantinopoli egreſſus adverſus Imperatorem caſtra moveret, hoc audito Valens relicta Antiochia, Procopio obviam ire contendit. Et juxta Nacoliam urbem Phrygiæ cum eo congreſſus, primo qui-